

6608 Pergamena 1074

SEBASTIANVS Nasimbenus Dei & Apostolice sedis gratia Episcopus ...

216/4

1074



19 Septembris 1497.
Licentia erigendi Ecclesiam SS.
Sebastiani et Rochi.





La pergamena fondativa della Chiesa di San Rocco

a cura di **Vanni Feresin**

Dopo molto anni è tornata alla luce la pergamena fondativa della Chiesa di San Rocco conservata presso l'Archivio storico provinciale e datata 19 settembre 1497 (Fondo pergamenaceo marca 1074).
Il 3 settembre 1497 moriva a Cividale il patriarca di Aquileia Nicolò Donato e il 13 dello stesso mese venne eletto dal Consiglio dei pregadi di Venezia Domenico Grimani che aveva ricevuto da papa Alessandro VI Borgia la facoltà di ricoprire il primo seggio episcopale che si fosse reso vacante. Il 19 settembre successivo il vescovo Sebastiano Nascimbene o Nassimbeni, vicario generale del capitolo di Aquileia, in sede patriarcale ancora vacante diede facoltà ai decani della comunità chiamata «sotto la torre» di erigere una cappella in onore dei santi Sebastiano e Rocco con il consenso del pievano di Gorizia don Andrea Posch, chiedendo agli stessi di dotarla di luce propria sufficiente per la celebrazione e di una congrua dedicazione.
Sebastianus Nasambenus Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopus Conoviensis In Patriarchatu ed diocesi Aquileiensi sede vacante Pro Reverendo Capitulo aquileiensi in spiritualibus et temporalibus vicarius generalis. Providis et circumspectis viris Potestatibus sive decanis et viciniae Contrate vocate sotto Torre in Goritia Salutem et felices in dei opere successus: Cum a nobis petitur quod justum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo suadet rationis ut id per sollicitudinem offitii nostri ad debitum adducatur effectum: Id circo ut vestram quam erga devotissimos sanctos dei Sebastianus martyrem et Rocchum confessorem specialem geretis devotionem angeatur et de bono in melius confirmetur quod in Contrata supra scripta de sotto la Torre unam Cappellam fundare atque erigere sub Titulo et vocabulo ipsorum sanctorum Sebastiani et Rocchi. Auctoritate nostra accedente tandem consensu et voluntate Ven. Domini Andreae plebani Goritiae, sub cujus cura locus praedictus existituri Cujus nollumus ex per hoc quomodolibet praeiuditium generari: et hac etiam obligatione addiecta quod eidem Cappellae postaquam erecta fuerit de dote et illuminatione et divinorum celebratione suficienti ac de congrua dedicatione provideatis et Faciatis provideri Possitis et valeatis Plenam vobis tenore praesentium licentiam impartimur. In quorum omnium et singolorum Fidem et Testimonium has patentes litteras scribi fecimus et sigilli prefati Rev. Capituli Apensione iussimus Communiri.
Datum Utini in Domibus residentiae nostrae. Anno Nativitatis Dominice Millesimo quadrangentesimo nonagesimo septimo Indictione quintadecima Die vero Decinonono mensis Septembris.
Joannes Monticulanus Cancellarius de Mandato.